



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Resolutorium dubioru[m] circa celebratione[m]
missa[rum] occurrentiu[m]**

Heynlin, Johannes

Colonie, 1501

VD16 H 3452

ij An hec coniunctio (enim) sit de substantia forme.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34702

Capitulum

liij **Quid** si sacerdos post sumptionem sacramenti vigeatur spiritu vel tussi &c.

Solo. Ante sumptionem ablutionis nullo modo expuerit i est vel extussendum aut excreandum. ne sic spes sacramentales et persequens sacramenti eiciatur. s; sputum vel quod vigeat ad tussim aut ad excretionem retineat vel transglutiat. Si autem ex nimia violentia hoc fieri non possit expuat vel extussat in aliquo vas aptum. vel in calicem si aliud haberi non possit. vel in paniculum mundum. et postea materia illa si non appareat aliquo sacramentales spes in ea comburat et cineres in sacrario reponant. Verumtamen si sacerdos ante inceptum missione misse presentiat se aliqua tali passione violenter molestari. tutius est ut a celebratione absteat. Si vero post sumptionem debite ablutionis quia et os et labia sint sufficienter absoluta vigeat aliquo predicto. quibus non sit amplius periculum. tamen propter maiorem reverentiam sacramenti bonum est ut absteat quantum potest quousque alium potum vel cibum sumpserit. Si tamen nimis vigeat eiciatur huiusmodi superfluitates ad aliquem locum ubi non calcetur pedibus vel habeat secum paniculum in quem mittat.

Dubiū

v **Quid** agendum sit si post sumptionem sanguinis patiat sacerdos vomitum vel ex infirmitate emittat per secessum quod sumpserit.

Solo. Sufficienter hoc potest ex dietis. Si enim ibi non possent deprehendere spes sacramentales panis. ex quo spes vini iam permixte sunt alijs humoribus ut non possint discerni. quia fortassis corrupte sunt. involuenda est illa materia in stupa vel panno et comburatur. et cineres reservandi sunt ut supra dictum est.

vi **Quid** agendum sit si sacerdos post sumptionem sanguinis deprehendat venenum vel aliquid aial venenosum fuisse in calice. et illud se sumpserit sciat. an liceat eum vomitum procurare.

Solo. Si per vomitum speret se liberare. et presertim si medicus prescribat tunc licet ei vomere. Hoc tamen caute fieri debet in aliquo vas mundum. et si aliquo spes sacramentales ibi appareant recolligantur et in sacrario reserventur. reliqua vero materia comburatur et cineres similiter in sacrario reserventur.

¶ Capitulum octavum de dubijs quae circa debitam formam consecrationis istius sacramenti occurrunt duos habet articulos.

Arti. i.

¶ Resolvit. xvi. dubia circa formam consecrationis panis occurrence

I **Quae** sit sufficiens et debita forma consecrationis panis

Solo. Forma est ista. Hoc est enim corpus meum

ij **Utrum** haec coniunctio (enim) sit de substantia forme et de necessitate etiam proferenda.

Solo. Non est de substantia forme neque de necessitate consecrationis sacramenti. non tamen debet scienter omitti. alioquin sacerdos graviter peccaret.

iii **Utrum** sacerdos si omissis omnibus alijs quae in missa dici solent diceret solum predicta verba super panem aptum consecraret.